Milewski

Berlin

L Milewski

DE ABELIANARUM FUNCTIONUM PERIODIS
PER AEQUATIONES DIFFERENTIALES DEFINIENDIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA

BEROLINENSI

PRO

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE IX. M. MAII A. MDCCCLXXVI

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

LUDOVICUS MILEWSKI

POSNANIENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

G. HETTNER STUD. MATH.

A. CYBULSKI CAND. JUR.

B. MILEWSKI STUD. ARCH.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT P. STANKIEWICZ.

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS

HUNC LIBELLUM

PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

AUCTOR.

De abelianarum functionum periodis per aequationes differentiales definiendis.

Constat periodos functionum abelianarum integralia esse „confecta“,[1]) quae vocantur. Sed lineae, secundum quas fit integratio[2]) raro tantum, ubi minores se difficultates praebent, re vera inveniri possunt. Quum vero in expressionibus finalibus periodûm, linearum istarum nullum vestigium appareat, in rem fore visum est, perquirere, utrum sint methodi periodorum definiendarum, quae his ex lineis non pendeant. Hujusmodi methodum Vir Illustrissimus Weierstrass in medium protulit atque aestate anni 1874 privatissime paucis in lectionibus de functionibus hyperellipticis disserens cum audientibus communicavit. Est methodus haec, periodorum per aequationes differentiales lineares definiendarum.

Sumitur hac in methodo, datos esse valores periodûm pro aliquo modulorum systemate. Si igitur $\rho=3$ ponatur, ubi ρ ordinem[3]) aequationis designat, ejusmodi aequationes constitui possunt, ubi integralia respectiva primae speciei ad elliptica revocentur, unde fit, ut calculari possint. Jam et pro majoribus ρ similes aequationes inveneris, neque dubito, quin pro omni ρ aequationes hujusmodi statui possint. Quae quum ita sint, omnis aequatio uniuscujusque ordinis ad aequationem hujusmodi per variationem constantium revocabitur, et aequationes differentiales, quibus periodi definiantur, generaliter solventur. Tali quoque modo vera analytica indoles atque natura periodorum nostrarum optime elucebit.

Itaque operae pretium duxi, methodum hanc ad integralia hyperelliptica adhibere, quamquam jam constat, periodos ipsorum analyticas esse functiones modulorum. Simili modo in abelianis integralibus et ipsis, ubi $\rho=3$ est, aequationes illas differentiales formaturus sum. Quod problema eo perducere mihi contigit, ut solutio finalis ipsius non

---

[1]) Vollständige oder geschlossene Integr.

[2]) Die Integrationswege.

[3]) Der Rang.

pendeat, nisi ab aequationum linearium systemate, cujus determinans non evanescit, resolvendo. Valores autem numerici calculari mihi non posse videntur, quoad moduli aequationis, a qua proficisci nos oporteat, plane generales maneant.

I.

Integralia hyperelliptica.

Proficiscamur, Ill. Weierstrass sequentes, ab illa aequatione:

1) $$y^2 = 4x^{2\rho+1} + g_1 x^{2\rho} + g_2 x^{2\rho-1} + \dots + g_{2\rho} x + g_{2\rho+1}$$

$$\text{vel } y^2 = R(x) = \sum_{0}^{2\rho+1}{}_{\lambda}\, g_{2\rho+1-\lambda} x^{\lambda} \qquad (g_0 = 4)$$

ubi modulus g_1 semper nullitati aequalis poni, et etiam aliquis alius modulus ad libitum sumi potest. Liceat autem symmetriae causa hac generali forma uti. Pro magnis valoribus variabilis x hoc modo repraesentatur y:

$$\bar{y}_t = 2\mathfrak{t}^{-2\rho-1} \sum_{0}^{\infty}{}_{\alpha}\, \mathfrak{a}_{\alpha} \mathfrak{t}^{2\alpha}, \text{ si } \bar{x}_t = \mathfrak{t}^{-2}$$

$$\text{ubi } \mathfrak{a}_1 = \frac{g_1}{8}, \mathfrak{a}_2 = \frac{16 g_2 - g_1^2}{2.\ 8.\ 8.}, \mathfrak{a}_3 = \frac{128 g_3 - 16 g_1 g_2 + g_1^3}{2.\ 8^3},$$

$$\mathfrak{a}_4 = \frac{4096 g_4 - 256 g_2^2 + 512 g_1 g_3 - 32 g_1^2 g_2 + 3 g_1^4}{8^5}$$

etc.

Functiones $H(xy)_\alpha$ et $H'(xy)_\alpha$, quae integralia resp. primae ac secundae speciei nobis suppeditant, definiuntur, si significationibus notis utimur, hoc modo

$$\underset{k\alpha}{H}(x'y')_\alpha = \left[H(\bar{x}_t \bar{y}_t, x'y') \right]_{t-k\alpha} \qquad (\alpha = 1, 2, \dots \rho)$$

$$H(x'y') = \left[\underset{k\alpha}{H}(\bar{x}_t \bar{y}_t, x'y')) \right]_{\mathfrak{t}^{k\alpha}}$$

Tum erit $H'(x'y')_\alpha = -k_\alpha \underset{k\alpha}{H}(x'y')$. Est autem $H(xyx'y') = \frac{1}{2} \frac{y'+y}{x'-x} \frac{1}{y'}$

$$k_1 = 2\rho - 1,\ k_2 = 2\rho - 3, \dots k_\rho = 1$$

vel generaliter $k_\alpha = 2\rho + 1 - 2\alpha$

Hoc modo invenimus:

$$H(x'y')_\alpha = -\frac{\mathfrak{a}_{\alpha-1} + \mathfrak{a}_{\alpha-2}\,x'^2 + \ldots + \mathfrak{a}_1\,x'^{\alpha-2} + x'^{\alpha-1}}{y'}$$

$$\overset{k\alpha}{H}(x'y') = -\frac{\mathfrak{a}_{2\rho-\alpha} + \mathfrak{a}_{2\rho-\alpha-1}\,x' + \mathfrak{a}_{2\rho-\alpha-2}\,x'^2 + \ldots + \mathfrak{a}_1\,x'^{2\rho-\alpha-2} + x'^{2\rho-\alpha}}{y}$$

ergo:

$$H(xy)_1 = -\frac{1}{y}$$

$$H(xy)_2 = -\frac{\mathfrak{a}_1 + x}{y}$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$

$$H(xy)_\rho = -\frac{\mathfrak{a}_{\rho-1} + \mathfrak{a}_{\rho-2}\,x + \ldots + \mathfrak{a}_1\,x^{\rho-2} + x^{\rho-1}}{y}$$

$$H'(xy)_1 = (2\rho-1)\,\frac{\mathfrak{a}_{2\rho-1} + \mathfrak{a}_{2\rho-2}\,x + \ldots + \mathfrak{a}_2\,x^{2\rho-3} + \mathfrak{a}_1\,x^{2\rho-2} + x^{2\rho-1}}{y}$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$

$$H'(xy)_2 = (2\rho-3)\,\frac{\mathfrak{a}_{2\rho-2} + \mathfrak{a}_{2\rho-1}\,x + \ldots + \mathfrak{a}_2\,x^{2\rho-4} + \mathfrak{a}_1\,x^{2\rho-2} + x^{2\rho-2}}{y}$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$

$$H'(xy)_{\rho-1} = 3\,\frac{\mathfrak{a}_{\rho+1} + \mathfrak{a}_\rho\,x + \ldots + \mathfrak{a}_1\,x^{\rho} + x^{\rho+1}}{y}$$

$$H'(xy)_\rho = \frac{\mathfrak{a}_\rho + \mathfrak{a}_{\rho-1}\,x + \ldots + \mathfrak{a}_1\,x^{\rho-1} + x^{\rho}}{y}$$

Quum functionum $H(xy)_\alpha$ loco, ρ lineares functiones ipsarum, inter quas nulla sit relatio linearis, poni possint, his simplicissimis utamur formis:

$$\overline{H}(xy)_1 = \frac{1}{y}, \quad \overline{H}(xy)_2 = \frac{x}{y}, \ldots \quad \overline{H}(xy)_\alpha = \frac{x^{\alpha-1}}{y}, \ldots \quad \overline{H}(xy)_\rho = \frac{x^{\rho-1}}{y}$$

Functiones correspondentes $\overline{H}'(xy)_\alpha$ facile definiuntur per illam aequationem, maximi in hac theoria momenti:

$$2)\quad \frac{d}{dx}\,H(xyx'y') - \frac{d}{dx'}\,H(x'y'xy) = \sum_{1}^{\rho}{}_{\alpha} \left\{ H(x'y')_\alpha\, H'(xy)_\alpha - H(xy)_\alpha\, H'(xy')_\alpha \right\},$$

quae per mutationem nostram turbari non debet. Est autem:

$$\frac{d}{dx} H(xyx'y') - \frac{d}{dx} H(x'y'xy) = \frac{d}{dx} \frac{y+y'}{2(x'-x)y'} - \frac{d}{dx'} \frac{y'+y}{2(x-x')y}$$

$$= \frac{d}{dx} \frac{y}{2(x'-x)y'} - \frac{d}{dx'} \frac{y'}{2(x-x')y}$$

$$= \frac{1}{4yy} \left\{ \frac{d}{dx'} \frac{R(x)-R(x')}{x-x'} - \frac{d}{dx} \frac{R(x)-R(x')}{x-x'} \right\}$$

Tum est

$$\frac{1}{4yy'} \left\{ \frac{d}{dx'} \frac{Rx-Rx'}{x-x'} - \frac{d}{dx} \frac{Rx-Rx'}{x-x'} \right\} = \frac{1}{4yy'} \sum_2^{2\rho}{}_\lambda\, g_{2\rho-\lambda} \sum_{\alpha,\beta} (\beta-\alpha)\, x^\alpha x'^\beta$$

$$(\beta+\alpha=\lambda-1)$$

Sit λ' maximus numerus integer $\leqq \frac{\lambda-1}{2}$. E numero coëfficientium $(\beta-\alpha)$ tot esse positivos, quot negativos apparet. Priores hoc modo scribi possunt:

$$(\lambda-1-2\alpha) \text{ ubi } \alpha=0,1,2,..\lambda',$$

alteri coëfficientes simili modo erunt:

$$-(\lambda-1-2\beta) \text{ ubi } \beta=0,1,..\lambda'$$

$$\text{Ponatur: } (x,x')_{\lambda-1} = \sum_o^{\lambda'}{}_\beta\, (\lambda-1-2\beta)\, x^{\lambda-1-\beta}\, x'^\beta$$

tum erit:

$$(x,x')_1 = x$$
$$(x,x')_2 = 2x^2$$
$$(x,x')_3 = 3x^3 + x^2 x'$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$(x,x')_{2\rho-1} = (2\rho-1)\, x^{2\rho-1} + (2\rho-3)\, x^{2\rho-2} x' + .. + x^\rho x'^{\rho-1}$$

$$\frac{1}{4yy'} \left\{ \frac{d}{dx'} \frac{Rx-Rx'}{x-x'} - \frac{d}{dx} \frac{Rx-Rx'}{x-x'} \right\} = \frac{1}{4yy'} \sum_2^{2\zeta}{}_\lambda\, g_{2\rho-\lambda} \left\{ (x',x)_{\lambda-1} - (x,x')_{\lambda-1} \right\}$$

$$= \frac{1}{yy'} \left\{ \frac{4(x'x)_{2\rho-1} + g_1 (x'x)_{2\rho-2} + \ldots + g_{2\rho-2}(x'x)_1}{4} - \frac{4(xx')_{2\rho-1} + g_1 (xx')_{2\rho-1} + \ldots + g_{2\rho-2}(xx')_1}{4} \right\}$$

$$= \frac{H(xx') - H(x'x)}{yy'}$$

si $H(xx') = -\frac{1}{4}\left(4(xx')_{2\rho-2} + g_1 (xx')_{2\rho-2} + \cdot\cdot g_{2\rho-2}(x'x)_1 \right)$

$$= \frac{1}{4} \sum_2^{2\rho}{}_\lambda\, g_{2\rho-\lambda}\, (xx')_{\lambda-1} \text{ ponitur.}$$

Functioni $H(x\,x')$ etiam haec tribui potest forma,

$$H(x\,x') = H(x)_1 + H(x)_2\, x' + \ldots + H(x)_\rho\, x'^{\rho-1}$$

ubi $H(x)_1 = -\frac{1}{4}\left(\overline{2\rho-1}\, 4\,x^{2\rho-1} + \overline{2\rho-2}\, g_1\, x^{2\rho-2} + \ldots 3\, g_{2\rho-4}\, x^3 + 2 g_{2\rho-3}\, x^2 + g_{2\rho-2}\, x\right)$

$$H(x)_2 = -\frac{1}{4}\left(\overline{2\rho-3}\; 4x^{2\rho-2} + \overline{2\rho-4}\; g_1\, x^{2\rho-3} + \ldots + g_{2\rho-4}\, x^2\right)$$

. . . .

$$H(x)_\rho = -\frac{1}{4}\cdot 4\, x^\rho = -x^\rho$$

Hanc propter hoc habemus aequationem:

3) $\dfrac{d}{dx} H(x\,y\,x'\,y') - \dfrac{d}{dx'} H(x'\,y'\,x\,y) =$

$$\frac{1}{y\,y'}\left\{H(x)_1 + H(x)_2\, x' + \ldots + H(x)_\rho\, x'^{\rho-1} - H(x')_1 - H(x')_2\, x - \ldots - H(x')_\rho\, x^{\rho-1}\right\}$$

Quum autem esse debeat:

$$\frac{d}{dx} H(x\,y\,x'\,y') - \frac{d}{dx'} H(x'\,y'\,x\,y) = \sum_1^\rho{}_\alpha \left(H(x'\,y')_\alpha\, H'(x\,y)_\alpha - H(x\,y)_\alpha\, H'(x'\,y')_\alpha\right)$$

et pro functionibus $H(x\,y)_\alpha$ positum sit resp. $\dfrac{x^{\alpha-1}}{y}$, si pro $H'(x\,y)_\alpha$ quaedam functiones $\overline{H}'(x\,y)_\alpha$ adhuc incognitae inducantur, haec apparebit relatio:

$$\frac{d}{dx} H(x\,y\,x'\,y') - \frac{d}{dx'} H(x'\,y'\,x\,y) = \sum_1^\rho \left(\frac{x'^{\alpha-1}}{y'}\overline{H}'(xy)_\alpha - \frac{x^{\alpha-1}}{y}\,\overline{H}'(x'\,y')_\alpha\right)$$

Aequatio haec comparata cum illa (3) docet, has necessario exstare aequationes

$$\overline{H}'(\alpha\,y)_\alpha = \frac{H(x)_\alpha}{y} \qquad (\alpha = 1, 2, \ldots \rho)$$

Si brevitatis causa iterum $H(x\,y)_\alpha$ et $H'(x\,y)_\alpha$ pro $\overline{H}(x\,y)_\alpha$ et $\overline{H}'(xy)_\alpha$ scribitur, apparebit

$$H(x\,y)_1 = \frac{1}{y}$$

$$H(x\,y)_2 = \frac{x}{y}$$

. . . .

$$H(x\,y)_\rho = \frac{x^{\rho-1}}{y}$$

$$H'(x\,y)_1 = -\frac{1}{4}\,\frac{\overline{2\rho-1}\cdot 4\,x^{2\rho-1} + \overline{2\rho-2}\,g_1 x^{2\rho-2} + \ldots + 2\,g_{2\rho-3}x^2 + g_{2\rho-2}\,x}{y}$$

$$= H(x\,y)_{2\rho}$$

$$H'(x\,y)_2 = -\frac{1}{4}\,\frac{\overline{2\rho-3}\;4\,x^{2\rho-2} + \overline{2\rho-4}\,g_1\,x^{2\rho-3} + \ldots + 2\,g_{2\,\rho-5}\,x^3 + g_{2\rho-4}\,x^2}{y}$$
$$= H(x\,y)_{2\rho-1}$$

. . . .

$$H'(x\,y)_{\rho-1} = -\frac{1}{4}\,\frac{3.\,4.\,x^{\rho+1} + 2\,g_1\,x^{\rho} + g_2\,x^{\rho-1}}{y} = H(x\,y)_{\rho+2}$$

$$H'(x\,y)_{\rho} = -\frac{x^{\rho}}{y} = H(x\,y)_{\rho+1}$$

Generaliter erit:

3a) $$H'(x\,y)_{\alpha} = H(x\,y)_{2\rho+1-\alpha} = -\frac{1}{4}\,\frac{(2\rho-2\alpha+1)\,4\,x^{2\rho-\alpha} + (2\rho-2\alpha)\,g_1\,x^{2\rho-\alpha-1}}{y}$$
$$\frac{+ \ldots + g_{2\rho-2\alpha}\,x^{\alpha}}{y}$$

$$= -\frac{1}{4\,y}\sum_{\alpha}^{2\rho-\alpha}{}_{\beta}\,(\beta-\alpha+1)\,g_{2\rho-\alpha-\beta}\,x^{\beta}$$
$$(\alpha = 1, 2, \ldots \rho)$$

Reciproce habemus:

$$\frac{x^{\alpha-1}}{y} = H(x\,y)_{\alpha} \qquad \alpha = 1,\,2,\ldots\rho$$

$$\frac{x^{\rho}}{y} = -H'(x\,y)_{\rho} = g'_{\rho+1,\rho}\,H'(x\,y)_{\rho}$$

Erit porro:

$$\frac{x^{\rho+\alpha}}{y} = \sum_{\rho-\alpha}^{\rho}{}_{t}\;g'_{\rho+\alpha+1,\,t}\,H'(x\,y)_t + \sum_{\rho-\alpha+1}^{\rho} g_{\rho+\alpha+1,\,t}\,H(x\,y)_t$$

sed haec conditio accedit $1 \leqq \alpha \leqq \rho - 1$.

Coefficientes $g_{m,n}$ in omni casu speciali facile determinantur.

A.

Methodus prior.

Formatis functionibus $H(x\,y)_{\alpha}$ et $H'(x\,y)_{\alpha}$ integralia quaesita primae ac secundae speciei erunt haec:

$$\int H(x\,y)_{\alpha}\,d\,x \text{ et } \int H'(x\,y)_{\alpha}\,d\,x$$

Sint $I_{\alpha} = \overline{\int H(x\,y)_{\alpha}}\,d\,x$, $I'_{\alpha} = \overline{\int H'(x\,y)_{\alpha}}\,d\,x$ quaedam periodi eorum, id est, integralia

„confecta", quorum integrationis linea (Integrationsweg) parem numerum punctorum e_α amplectatur, in quibus discrimans Rx aequationis nostrae $y^2 = Rx$, evanescat. Mutatis paullulum modulis $g_1\ g_2, \ldots g_{2\rho+1}$, et valores $e_1,\ e_2, \ldots e_{2\rho+1}$, paullulum tantum mutantur, ita ut nihil impediat, quin eisdem lineis integrationis et nunc utamur. Quum mutatae functiones I_ν lineariter per primitivas functiones exprimantur, (quod paullo post ostendetur), si modulos g functiones analyticas cujuspiam variabilis t esse fingemus, aequationes differentiales lineares primi ordinis inter $I_1\ I_2 \ldots I_\rho,\ I'_1,\ I'_2, \ldots I'_\rho$ et variabilem t habebimus. Quod ut fieri possit, haec una invenietur conditio: ne habeat $Rx = o$ radices multiplices. Cavendum igitur erit, ne modulis g valores tribuantur pro quibus discrimans aequationis $Rx = o$ evanescat.

Componuntur functiones H_α (quo signo et functiones $H(xy)_\alpha$ et, si $\alpha > \rho$ functiones H'_α amplectimur) e functionibus hujus formae $\frac{x^{\mathfrak{a}}}{y}$; integralia igitur ipsa constant ex integralibus $\int \frac{x^{\mathfrak{a}}\, dx}{y}$. De his igitur primo loco tractemus.

Formandum est $\delta \int \frac{x^{\mathfrak{a}}\, dx}{y}$; operatio haec hoc symbolo continetur $\sum \frac{d}{d g_\lambda}\, \delta g_\lambda$ quam operationem sub integrationis signo fieri posse facile intelligitur. Habemus igitur, si $\sqrt{Rx}$ pro y scribitur

$$\delta \int \frac{x^{\mathfrak{a}}\, dx}{\sqrt{Rx}} = - \int \frac{x^{\mathfrak{a}}\, \delta Rx}{2\, Rx} \frac{dx}{\sqrt{Rx}}$$

est autem

$$Rx = 4\, x^{2\rho+1} + \sum_{1}^{2\rho+1}{}_{\lambda}\, g_\lambda\, x^{2\rho+1-\lambda}$$

$$\delta Rx = \sum_{1}^{2\rho+1}{}_{\lambda}\, \delta g_\lambda\, x^{2\rho+1-\lambda}$$

4) ergo:
$$\delta \int \frac{x^{\mathfrak{a}}\, dx}{\sqrt{Rx}} = - \sum_{1}^{2\rho+1}{}_{\lambda}\, \delta g_\lambda \int \frac{x^{2\rho+\mathfrak{a}+1-\lambda}}{2\, Rx} \frac{dx}{\sqrt{Rx}}$$

Maximus valor exponentis $2\rho + \mathfrak{a} + 1 - \lambda$ est $4\rho - 1$, quum λ sit minime $= 1$ et maxime $2\rho - 1$, $\mathfrak{a}$ autem $\leqq 2\rho - 1$.

Quum variationum nostrarum δg_λ nullo modo alia ab alia pendeat, unumquodquam integrale $\int \frac{x^{2\rho+\mathfrak{a}+1-\lambda}}{2\, Rx} \frac{dx}{\sqrt{Rx}}$ per se tractari potest.

Sit $f_n(x) = \int \frac{x^n\, dx}{2\, R x \sqrt{R x}}$. Demonstrandum est, $f n(x)$ ad integralia primae ac secundae speciei revocari posse. Quod demonstratum erit, ut neminem certe fugit, si ostendetur $fn(x)$ evolutam in seriem non cohibere usquam membra logarithmica, quae vocantur, vel, quod idem est, non inveniri argumenti potestatem $(x-\alpha)^{-1}$ in ulla functionis $df_n(x)$ evolutione.

Functio $df_n(x)$ evoluta non continet omnino ullas negativas argumenti potestates nisi pro valoribus x permagnis (infinitis, ut dicitur), vel in eorum valorum e_α circuitu, pro quibus Rx evanescit. Quum constitutum sit, esse $R'(e_\gamma) \lessgtr O$, habemus:

$$Rx = R'(e_\gamma)(x-e_\gamma) + \frac{R''(e_\gamma)}{1.\ 2.}(x-e_\gamma)^2 + \ldots + \frac{R^{(2\rho+1)}(e_\gamma)}{(2\rho+1)!}(x-e_\gamma)^{2\rho+1}$$

$$= R'(e_\gamma)(x-e_\gamma)\left\{1 + \frac{R''(e_\gamma)}{2\, R'(e_\gamma)}(x-e_\gamma) + \ldots\ldots\right\}$$

$$\sqrt{Rx} = \sqrt{R'e_\gamma}\sqrt{x-e_\gamma}\left\{1 + \frac{1}{4}\frac{R''(e_\gamma)}{R'(e_\gamma)}(x-e_\gamma) + \ldots\right\}$$

$$\frac{1}{\sqrt{Rx}} = \frac{1}{\sqrt{R'e_\gamma}}\frac{1}{\sqrt{x-e_\gamma}}\left\{1 + \mathfrak{P}(x-e_\gamma)\right\}$$

$$\frac{1}{Rx} = \frac{1}{R'(e_\gamma)}\frac{1}{(x-e_\gamma)}\left\{1 + \overline{\mathfrak{P}}(x-e_\gamma)\right\}$$

$$\frac{1}{Rx\sqrt{Rx}} = \frac{1}{(x-e_\gamma)\sqrt{x-e_\gamma}\,(\sqrt{R'e_\gamma})^3}\left\{1 + \overline{\overline{\mathfrak{P}}}(x-e_\gamma)\right\}$$

Series infinita uncis inclusa positivas et integras tantum continet potestates argumenti $(x-e_\gamma)$, unde fit, ut hae duae solum reperiantur potestates negativae $(x-e_\gamma)^{-\frac{3}{2}}$, $(x-e_\gamma)^{-\frac{1}{2}}$, non reperiatur $(x-e_\gamma)^{-1}$. Quum e_γ quaeque radix sit aequationis $R(x) = O$, jam facile intelligi potest, $df_n(x)$, pro $x = \infty$ evolutam potestatem x^{-1} etiam non continere. Scimus enim summam coëfficientium primarum negativarum potestatum, quae in omnibus evolutionibus functionis $df_n(x)$ inveniantur, aequalem esse nullitati, coëfficiens igitur in serie pro $x = \infty$, aequalis est negativae summae omnium aliorum coëfficientium, qui quum omnes evanescant, et noster coëfficiens nullitati aequalis evadit. Quod quum constet, jam statim sequitur, $f_n(x)$ esse integrale primae vel secundae speciei; quam ob rem poni potest

$$5)\quad f_n(x) = \int \frac{x^n\, dx}{2\, Rx\, \sqrt{Rx}} = \sum_{\alpha=1}^{\rho} \frac{1}{2\, L}\, h_{n,\,\alpha} \int H(xy)_\alpha\, dx$$

$$+ \sum_{\alpha=1}^{\rho} \frac{1}{2\, L}\, h'_{n,\,\alpha} \int H'(xy)_\alpha\, dx + \frac{\psi_n(x\, y)}{y}$$

ubi $h_{n,\alpha}$ indefinitae adhuc functiones sunt modulorum $g_1, g_2, \dots g_{2\rho+1}$, $2L$ indicem communem designat, $\psi(x\,y)$ autem functio rationalis est variabilium x, y. Quam functionem ψ, functionem integram esse nunc demonstrabitur.

Habemus $$\frac{d f_n(x)}{dx} = \frac{x^n}{2\,R\,x\,\sqrt{R\,x}} = \sum_{\alpha=1}^{\alpha=\rho} \frac{1}{2L}\left\{h_{n,\alpha}\,H(x\,y)_\alpha + h'_{n,\alpha}\,H'(x\,y)_\alpha\right\}$$
$$+ \frac{d}{dx}\frac{\psi_n(x\,y)}{y} = \frac{\phi_n(x)}{y} + \frac{d}{dx}\frac{\psi_n(x\,y)}{y}$$

ubi $\phi_n(x) = l_{n,0} + l_{n,1}\,x + l_{n,2}\,x^2 + \dots + l_{n,2\rho-1}\,x^{2\rho-1}$ est, ψ autem hac formula continetur: $P(x) + y\,Q(x)$, ubi Px et Qx functiones rationales sunt solius x. Sequitur igitur:

$$\frac{x^n}{2y^3} = \frac{\phi x}{y} + \frac{2\,R(x)\,\left(P'(x) + y\,Q'(x)\right) + R'(x)\,\left(Q(x)\,y - P - Qy\right)}{2\,y^3}$$

quum sit $\frac{dy}{dx} = \frac{R'\,x}{2\,y}$

vel etiam

$$x^n = 2\,R(x)\,\left(\phi x + P'(x)\right) - R'(x)\;P(x) + 2\;Q'(x)\,R(x)\,\sqrt{R\,x}$$

Quum aequatio haec identica sit, coëfficientem radicis $\sqrt{R\,x}$ evanescere necesse est; est igitur $Q' = O = \frac{dQ}{dx}$, id est $Q = \text{constans}$.

Restat, ut functio $P(x)$ determinetur. Observemus aequationem:

5a) $$f_n(x) = \int \frac{x^n\,dx}{2\,Rx\,\sqrt{Rx}} = \int \frac{\phi_n(x)\,dx}{y} + \frac{P_n(x) + y\,Q_n}{y}$$

vel etiam: $$\int \frac{x^n\,dx}{2\,R\,x\,\sqrt{R\,x}} - \int \frac{\phi_n(x)\,dx}{\sqrt{R\,x}} = \frac{P_n(x) + Q_n\,y}{y}$$

Est autem

$$\frac{x^n}{2\sqrt{R\,x}\;R\,x} = \frac{(e_\gamma + x - e_\gamma)^n}{2\;Rx\;\sqrt{Rx}} = \frac{e_\gamma^n + n\,e_\gamma^{n-1}\,(x - e_\gamma) + \dots + (x - e_\gamma)^n}{2}\;\frac{\left\{1 + \bar{\bar{\mathfrak{P}}}\,(x - e_\gamma)\right\}}{(\sqrt{x - e_\gamma}\;\sqrt{R'\,e_\gamma})^3}$$

$$= \frac{e_\gamma}{2\left(\sqrt{(x - e_\gamma}\;\sqrt{R'e_\gamma}\right)^3} + \frac{1}{\sqrt{x - e_\gamma}}\,\mathfrak{P}_1\,(x - e_\gamma)$$

$$\int \frac{x^n\,dx}{2\;Rx\,\sqrt{Rx}} = - \frac{e_\gamma^n}{\sqrt{R'^3\,e_\gamma}\sqrt{x - e_\gamma}} + \sqrt{x - e_\gamma}\;\mathfrak{P}_2\,(x - e_\gamma)$$

$$\frac{\phi(x)}{y} = \frac{\phi(e_\gamma)}{\sqrt{R'\,e_\gamma}\;\sqrt{x - e_\gamma}}\left\{1 + \mathfrak{P}_3\,(x - e_\gamma)\right\}$$

$$\int^{\prime} \frac{\phi x\, dx}{y} = \frac{\phi\, e_\gamma}{\sqrt{R' e_\gamma}} \sqrt{x - e_\gamma}\; \mathfrak{P}_1 (x - e_\gamma)$$

Quum praeterea sit $y = \sqrt{R' e_\gamma}\, \sqrt{x - e_\gamma} \left\{ 1 + \mathfrak{P}(x - e_\gamma) \right\}$

et $\psi(x\, y) = P(x) + y\, Q = y \left(\int \frac{x^n\, dx}{2 y^3} - \int \frac{\phi(x)\, dx}{y} \right)$

concluditur facile, non fieri functionem ψ infinitam, quum $x = e_\gamma$ est. Fit propter hoc functio $\psi(x\, y)$ infinita pro infinitis valoribus solum argumentorum. Omnem autem functionem hujus generis e x et y per additionem et multiplicationem componi notum est. Est igitur $P(x)$ functio integra.

Ad gradum functionis Px determinandum, quem p vocare libet, evolvamus in seriem utramque partem aequationis nostrae:

$$\frac{x^n}{2 Rx \sqrt{Rx}} - \frac{\phi(x)_n}{\sqrt{Rx}} = \frac{d}{dx} \frac{P(x)_n}{y}$$

pro magnis valoribus x. Erit:

$$\frac{1}{2} x^n \left(4 x^{2\rho+1} + g_1 x^{2\rho} + \ldots g_{2\rho+1}\right)^{-\frac{3}{2}} - \left(l_{2\rho-1} x^{2\rho-1} + l_{2\rho-2} x^{2\rho-2} + \ldots + l_0\right) \times$$

$$\times \left(4 x^{2\rho+1} + g_1 x^{2\rho} + \ldots + g_{2\rho+1}\right)^{-\frac{1}{2}} = \frac{d}{dx} \left\{ \left(p_n x^p + p_{n-1} x^{p-1} + \ldots p_0\right) \left(4x^{2\rho+1} + \ldots g_{2\rho+1}\right)^{-\frac{1}{2}} \right\}$$

vel: $$\frac{1}{2} x^{\frac{2n - 6\rho - 3}{2}} \left(4 + \frac{g_1}{x} + \ldots\right)^{-\frac{3}{2}} - x^{\frac{2\rho - 3}{2}} \left(l_{2\rho-1} + l_{2\rho-2} x^{-1} + \ldots + l_0 x^{1-2\rho}\right) \times$$

$$\times \left(4 + g_1 x^{-1} + \ldots\right)^{-\frac{1}{2}} = \frac{d}{dx}\, x^{\frac{2p - 2\rho - 1}{2}} \left(p_n + p_{n-1} x^{-1} + \ldots\right) \left(4 + g_1 x^{-1} + \ldots\right)^{-\frac{1}{2}}$$

Summae potestates variabilis x sunt resp.:

$$x^{\frac{2n - 6\rho - 3}{2}},\; x^{\frac{2\rho - 3}{2}},\; x^{\frac{2p - 2\rho - 1}{2} - 1}$$

est autem semper $2n - 6\rho - 3 < 2\rho - 3$, quum limes superior pro n sit $4\rho - 1$.

Quum summae potestates utriusque partis altera alteri aequalis esse debeat, est $\frac{2p - 2\rho - 1}{2} - 1$ necessario aequale $\frac{2\rho - 3}{2}$, vel

$$2p - 2\rho - 3 = 2\rho - 3$$

$$p = 2\rho$$

Gradus functionis $P(x)_n$ non pendet igitur a valore n.

Aequationem:

$$\frac{x^n}{2 y^3} = \frac{\phi_n(x)}{y} + \frac{2 R(x) P'_n(x) - P_n(x) R'(x)}{2 y^3}$$

sequitur haec:

$$x^n = 2(\phi_n + P'_n)R - P_n R'$$

6) vel $x^n = \overline{M}(x)_n R(x) + \overline{N}(x)_n R'(x)$

ubi $\overline{M}(x)_n = \phi(x)_n + P'(x)_n$ functio est $(2\rho - 1)^{ti}$ gradus

et $\overline{N}(x)_n = -P(x)_n$ „ „ $2\rho^{ti}$ „

n est $= O, 1 .. 4\rho - 1$; gradus functionis ad dextram est autem 4ρ. Aequatio nostra, quum sit identica, suppeditat nobis $4\rho + 1$ aequationes ad totidem incognitas quantitates determinandas, quae sunt, 2ρ coëfficientes functionis $\phi(x)_n$: $l_{n,o}, l_{n,1}, \ldots l_{n,2\rho-1}$ et $2\rho + 1$ coëfficientes functionis $P(x)_n$.

Intelligitur facile, determinantem systematis aequationum nostrarum non evanescere, quum sit illa discriminans functionis Rx, quam nullitati aequalem non esse statuimus. Problema nostrum ad has aequationes lineares solvendas revocatum est.

Multo elegantius problema functionum $\overline{M}(x)_n$ et $\overline{N}(x)_n$ destinandarum resolvitur per methodum, quam Ill. Jacobi in Diario Crelliano tomo XV. publicavit, sub titulo: De eliminatione variabilis e duabus aequationibus algebraicis. Formulas, quibus nobis opus est, breviter exponamus.

Fac, datas esse aquationes

$$f(x) = a_n x^n + a_{n-1} x^{n-1} + \ldots + a_o = O$$
$$\phi(x) = b_n x^n + b_{n-1} x^{n-1} + \ldots + b_o = O$$

Deduc de iis novas n aequationes secundum formulam:

$$m_s = (a_n x^{n-s-1} + a_{n-1} x^{n-s-2} + \ldots + a_{s+1})\phi(x) - (b_n x^{n-s-1} + b_{n-1} x^{n-s-2} + \ldots + b_{s+1}) f(x) = \alpha_{o,s} x^o + \alpha_{1,s} x^1 + \ldots + \alpha_{n-1,s} x^{n-1}$$

est autem $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r} = a_{s+1} b_r + a_{s+2} b_{r-1} + \ldots + a_{r+s+1} b_o$

$$- (b_{s+1} a_r + b_{s+2} a_{r-1} + \ldots + b_{r+s+1} a_o)$$

$$\left(\begin{matrix} b_\alpha \\ a_\alpha \end{matrix} \Big\{ = O \text{ si } \alpha > \text{n} \right)$$

$x^o, x^1, .. x^{n-1}$ considerentur tamquam incognitae quantitates. Per resolutionem aequationum $m_s = O, (s = O, 1, \ldots, n-1)$ reperietur:

$$Lx^r = A_{r,o} m_o + A_{r,1} m_1 + \ldots + A_{r,n-1} m_{n-1}$$

$$\text{ubi } L = \sum \pm \alpha_{oo} \alpha_{11} \ldots \alpha_{n-1,n-1}, \quad A_{r,s} = \frac{dL}{d\alpha_{r,s}}$$

Tum est $A_{s,r} = A_{r,s}$ et $A_{r,s} = A_{r',s'}$ si $r + s = r' + s'$. Propter hoc scribitur A_{r+s} loco $A_{r,s}$, est igitur:

7) $Lx^r = A_r m_o + A_{r+1} m_1 + \ldots + A_{r+n-1} m_{n-1}$ $(r = 0, 1, 2, .. n-1)$

et $L = \alpha_{r,o} A_r + \alpha_{r,1} A_{r+1} + \ldots + \alpha_{r,n-1} A_{r+n-1}$

Tum hae inter $A_1, A_2, ..$ deducuntur relationes identicae:

$$\left. \begin{matrix} a_o A_r + a_1 A_{r+1} + \ldots + a_n A_{r+n} = O \\ \text{vel etiam } b_o A_r + b_1 A_{r+1} + \ldots + b_n A_{r+n} = O \end{matrix} \right\} \quad (r = 0, 1, 2, \ldots n-2)$$

Sint $M(x)_r$, $N(x)_r$ functiones ipsius x rationales integrae $(n-1)^{ti}$ ordinis; functiones hae semper ita determinari possunt, ut sit

8) $$M(x)_r f(x)_r + N(x)_r \phi(x)_r = Lx^r \qquad \left(r \leqq 2n-1\right)$$

Si $r \leqq n-1$, substitutis in 7) expressionibus m_s ponendum esse videmus:

$$\begin{aligned} -M_r = & A_r (b_n x^{n-1} + b_{n-1} x^{n-2} + \ldots + b_1) \\ & + A_{r+1} (b_n x^{n-2} + b_{n-1} x^{n-2} + \ldots + b_2) \\ & + \ldots . \\ & + A_{r+n-1} b_n \\ N_r = & A_r (a_n x^{n-1} + a_{n-1} x^{n-2} + \ldots + a_1) \\ & + A_{r+1} (a_n x^{n-2} + a_{n-1} x^{n-3} + \ldots + a_2) \\ & + \ldots . \\ & + A_{r+1} a_n \end{aligned}$$

Ut functiones M_r et N_r tum, quum $n < r \leqq 2n-1$ est, eruantur, ponendum est in formulis antecedentibus $\frac{1}{x}$ loco x, simulque a_{n-r}, b_{n-r} loco a_r, b_r. Quo facto

$$\begin{aligned} \text{abit} \quad & f(x)_n \text{ in } x^{-n} f(x)_n \\ \text{„} \quad & \phi(x)_n \text{ „ } x^{-n} \phi(x)_n \\ & m_r \text{ „ } -m_{n-1-r} x^{1-n} \\ & a_{r,s} \text{ „ } -a_{n-1-r,\, n-1-s} \\ & L \text{ „ } (-1)^n L \\ & A_r \text{ „ } (-1)^{n-1} A_{2n-2-r} \end{aligned}$$

et obtinetur

9) $$M_{2n-1-r} f(x) + N_{2n-1-r} \phi(x) = L x^{2n-1-r}, (r = 0, 1, 2 \ldots n-1),$$

ubi
$$\begin{aligned} M_{2n-1-r} = & A_{2n-2-r} (b_0 + b_1 x + b_2 x^2 + \ldots + b_{n-1} x^{n-1}) \\ & + A_{2n-3-r} (b_0 + b_1 x + b_2 x^2 + \ldots + b_{n-2} x^{n-2}) x \\ & + \ldots . \\ & + A_{n-1-r} b_0 x^{n-1} \\ -N_{2n-1-r} = & A_{2n-2-r} (a_0 + a_1 x + a_2 x^2 + \ldots + a_{n-1} x^{n-1}) \\ & + A_{2n-3-r} (a_0 + a_1 x + \ldots + a_{n-2} x^{n-2}) x \\ & + \ldots . \\ & + A_{n-1-r} x^{n-1} a_0 \end{aligned}$$

Si altera functionum $\phi(x)$, $f(x)$ inferioris ordinis est, nil mutabitur, nisi quod coëfficientes potestatum inferiorum, in ea deficientium, in formulis nostris nullitati aequandae erunt.

Ponendum est nostro casu $f(x) = R(x)$ et $\phi(x) = R'(x)$. Tum erit $n = 2\rho + 1$ et

$$a_\mu = g_{2\rho+1-\mu}.$$
$$b_\nu = \overline{\nu+1}\, g_{2\rho-\nu}, \quad b_{2\rho+1} = b_n = O$$

Inveniemus

10) $$m_s = (g_0\, x^{2\rho-s} + g_1\, x^{2\rho-s-1} + \ldots + g_{2\rho-s})\, R'(x) - \left(\overline{2\rho+1} g_0\, x^{2\rho-s-1} + 2\rho g_1\, x^{2\rho-s-2} + \ldots + (s+2) g_{2\rho-s-1}\right) Rx$$
$$(s = 0, 1, 2, \ldots 2\rho)$$

vel $$m_s = \alpha_{0s} + \alpha_{1,s}\, x + \alpha_{2,s}\, x^2 + \ldots + \alpha_{2\rho,s} x^{2\rho}$$

ubi $$\alpha_{r,s} = (r+1)\, g_{2\rho-r}\, g_{2\rho-s} + r\, g_{2\rho-r+1}\, g_{2\rho-s-1} + \ldots + (r+1-n)\; g_{2\rho-r+n}\, g_{2\rho-s-n} + \ldots + g_{2\rho}\, g_{2\rho-s-r}$$
$$- \left\{ (s+2)\, g_{2\rho-r+1}\, g_{2\rho-s-1} + \ldots + (s+1-n)\; g_{2\rho-r+n}\, g_{2\rho-s-n} + \ldots + (r+s+2)\; g_{2\rho+1}\, g_{2\rho-s-r-1} \right\}$$
$$= (r+1)\, g_{2\rho-r}\, g_{2\rho-s} + \sum_{1}^{r+1}{}_n\, (r-s-2n)\, g_{2\rho-r+n}\, g_{2\rho-s-n}$$

Quum autem $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$ sit, has duas $\alpha_{r,s}$ induere potest formas:

11) $$\alpha_{r,s} = \begin{cases} = (r+1)\, g_{2\rho-r}\, g_{2\rho-s} - \sum_{1}^{r+1}{}_n\, (s-r+2n)\, g_{2\rho-r+n}\, g_{2\rho-s-n} \\ = (s+1)\, g_{2\rho-r}\, g_{2\rho-s} - \sum_{1}^{s+1}{}_n\, (r-s+2n)\, g_{2\rho-s+n}\, g_{2\rho-r-n} \end{cases} \quad \begin{cases} g_m = O \text{ si } m < O \text{ vel si } m > 2\zeta+1 \\ g_0 = 4 \end{cases}$$

quarum altera si $s \geqq r$, altera si $s \leqq r$ jam ad simplicissimam formam reducta apparet.

Ponendum nunc est $L = \sum \pm\, \alpha_{00}\, \alpha_{11} \ldots \alpha_{2\rho,2\rho}$; est autem L discriminans functionis nostrae $R(x)$. Erit igitur:

12) $$L\, x^r = A_r\, m_0 + A_{r+1}\, m_1 + \ldots + A_{r+2\rho}\, m_{2\rho} \qquad A_r = \frac{dL}{d\,\alpha_{n,r-n}}$$

et functiones A_a his satisfaciunt aequationibus:

$$O = g_{2\rho+1}\, A_s + g_{2\rho}\, A_{s+1} + g_{2\rho-1}\, A_{s+2} + \ldots + g_1\, A_{s+2\rho} + 4\, A_{s+2\rho+1}$$

vel etiam $$O = g_{2\rho}\, A_s + 2\, g_{2\rho-1}\, A_{s+1} + 3\, g_{2-2\rho} A_{s+2} + \ldots + 2\rho\, g_1\, A_{s+2\rho-1} + 4\,(2\rho+1)\, A_{s+2\rho}$$
$$(s = O, 1, \ldots 2\rho-1)$$

Omnes igitur quantitates A_a per 2ρ earum exprimuntur.

Itaque ex aequatione 6) $x^r = 2\,(\phi_r + P'_{r\,ti})\, R - P_{r\,ti}\, R' = \overline{M}_r\, R + \overline{N}_r\, R'$, ubi $\overline{M}_r$, $\overline{N}_r$ functiones quaedam integrae resp. $(2\rho-1)$ et 2ρ gradus erant, si litera L indicem omnibus coëfficientibus functionum $\overline{M}_r$ et $\overline{N}_r$ communem designamus, et

$$\overline{M_r} = \frac{M_r}{L}, \quad \overline{N_r} = \frac{N_r}{L}$$

ponimus, oritur aequatio:

13) $$L x^r = M_r R + N_r R'$$

Quae autem functiones pro M_r et N_r ponendae sint docent formulae illae e disputatione Ill. Jacobi deductae.

Si enim $r \leqq 2\rho$ est, et formulas 12) et 10)

spectaveris, reperietur:

$$\begin{aligned} - M_r = & A_r (\overline{2\rho+1} g_0 x^{2\rho-1} + 2\rho g_1 x^{2\rho-2} + \ldots + 2 g_{2\rho-1}) \\ & + A_{r+1} (\overline{2\rho+1} g_0 x^{2\rho-2} + \ldots + 3 g_{2\rho-2}) \\ & + \ldots . \\ & + A_{r+2\rho-2} (\overline{2\rho+1} g_0 x + 2\rho g_1) \\ & + A_{r+2\rho-1} \overline{2\rho+1} g_0 \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} \text{et } N_r = & A_r (g_0 x^{2\rho} + g_1 x^{2\rho-1} + \ldots + g_{2\rho}) \\ & + A_{r+1} (g_0 x^{2\rho-1} + \ldots + g_{2\rho-1}) \\ & + \ldots . \\ & + A_{r+2\rho-1} (g_0 x + g_1) \\ & + A_{r+2\rho} g_0 \end{aligned}$$

vel etiam $- M_r = \overline{2\rho+1} g_0 . A_r x^{2\rho-1} + (\overline{2\rho+1} g_0 A_{r+1} + 2\rho g_1 A_r) x^{2\rho-2} + \ldots .$

$$+ x^{2\rho-m} (\overline{2\rho+1} g_0 A_{r+m-1} + 2\rho g_1 A_{r+m-2} + \overline{2\rho-1} g_2 A_{r+m-3}$$
$$+ \ldots + (2\rho + 2 - m) g_{m-1} A_r)$$
$$+ \ldots + (\overline{2\rho+1} g_0 A_{r+2\rho-1} + \ldots + 3 g_{2\rho-2} A_{r+1} + 2 g_{2\rho-1} A_r)$$
$$= \sum_{m=0}^{2\rho-1} \sum_{n=0}^{2\rho-1-m} (m + n + 2) g_{2\rho-1-m-n} A_{r+n} x^m$$

Simili modo erit:

$$N_r = g_0 A_r x^{2\rho} + (g_0 A_{r+1} + g_1 A_r) x^{2\rho-1} + \ldots + (g_0 A_{r+2\rho} + g_1 A_{r+2\rho-1}$$
$$+ \ldots + g_{2\rho-1} A_{r+1} + g_{2\rho} A_r)$$

$$= \sum_{m=0}^{2\rho} \sum_{n=0}^{2\rho-m} g_{2\rho-m-n} A_{r+n} x^m$$

$$\text{et } N'_r = \sum_{m=0}^{2\rho-1} \sum_{n=0}^{2\rho-m-1} (m + 1) g_{2\rho-1-m-n} A_{r+n} x^m$$

Habemus autem

$$2 (\phi_r + P'_r) = \frac{M_r}{L} \quad \text{et} \quad - P_r = \frac{N_r}{L}$$

In iis quae sequuntur functio ϕ_r tantum requiritur, quae est

$$2\,L\,\phi_r = -2\,L\,P'_r + M_r = M_r + 2\,N'_r$$

$$= -\sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{2\rho-1-m}{}_n (m+n+2)\, g_{2\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\, x^m$$

$$+ \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{2\rho-1-m}{}_n (2\,m+2)\, g_{2-1-m-n}\, A_{r+n}\, x^m$$

14) $$2\,L\,\phi_r = \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{2\rho-1-m}{}_n (m-n)\, g_{2\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\, x^m$$

$(r = 0, 1, 2, \ldots 2\rho)$

Jam similem formulam pro $r > 2\rho$ explicemus.

E formulis generalibus supra constitutis facile hoc loco concluditur:

$$M_{4\rho+1-r} = A_{4\rho-r}\,(g_{2\rho} + 2\,g_{2\rho-1}\,x + 3\,g_{2\rho-2}\,x^2 + \ldots + \overline{2\rho+1}\,g_o\,x^{2\rho})$$
$$+ A_{4\rho-r-1}\,(g_{2\rho} + 2\,g_{2\rho-1} + \ldots + 2\rho\,g_1\,x^{2\rho-1})x$$
$$+ \ldots .$$
$$+ A_{2\rho-r}\,g_{2\rho}\,x^{2\rho}$$
$$= g_{2\rho}\,A_{4\rho-r} + (g_{2\rho}\,A_{4\rho-r-1} + 2\,g_{2\rho-1}\,A_{4\rho-r})x$$
$$+ \ldots + (g_{2\rho}\,A_{2\rho-r+1} + 2\,g_{2\rho-1}\,A_{2\rho-r+2} + \ldots + 2\rho\,g_o\,A_{4\rho-r})x^{2\rho-1}$$

Coëfficiens potestatis $x^{2\rho}$ semper evanescit, quod e relationibus, quae sunt inter A_α sequitur. Est enim ille:

$$\overline{2\rho+1}\,g_o\,A_{4\rho-r} + 2\rho\,g_1\,A_{4\rho-r-1} + \overline{2\rho-1}\,g_2\,A_{4\rho-r-2} + \ldots + A_{2\rho-r}\,g_{2\rho}$$

ubi $r \geqq 2$. Invenitur autem:

$$\overline{2\rho+1}\,g_o\,A_{s+2\rho} + 2\rho\,g_1\,A_{s+2\rho-1} + \ldots + 2\,g_{2\rho-1}\,A_{s+1} + g_{2\rho}\,A_s = 0$$

$(s = 0, 1, 2 \ldots 2\rho-1)$

Functio $M_{4\rho+1-r}$ etiam hoc modo scribi potest:

$$M_{4\rho+1-r} = \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m}{}_n A_{4\rho-r-n}\, g_{2\rho+n-m}\,(m+1-n)x^m$$

Formula haec haudquaquam mutabitur, si summatio secundum n usque ad $n = m+1$ fit, quum coëfficiens potestatis x^{m+1} per se tollatur. Propter ea autem, quae sequuntur, haud parvi est momenti, hunc summationis limitem introducere.

Est igitur

$$M_{4\rho+1-r} = \sum_{o}^{2\rho-1} \sum_{o}^{m+1}{}_n (m+1-n)\, g_{2\rho+n-m}\, A_{4\rho-r-n}\, x^m$$

Simili modo fit

$$\begin{aligned}
-N_{4\rho+1-r} &= A_{4\rho-r}\,(g_{2\rho+1} + g_{2\rho}\,x + g_{2\rho-1}\,x^2 + \ldots + g_1\,x^{2\rho}) \\
&\quad + A_{4\rho-r-1}\,x\,(g_{2\rho+1} + g_{2\rho}\,x + \ldots + g_2\,x^{2\rho-1}) \\
&\quad + \ldots . \\
&\quad + A_{2\rho-r}\,x^{2\rho}\,g_{2\rho+1} \\
&= A_{4\rho-r}\,g_{2\rho+1} + (A_{4\rho-r}\,g_{2\rho} + A_{4\rho-r-1}\,g_{2\rho+1})\,x \\
&\quad + (A_{4\rho-r}\,g_{2\rho-1} + A_{4\rho-r-1}\,g_{2\rho} + A_{4\rho-r-2}\,g_{2\rho+1})\,x^2 \\
&\quad + \ldots + (A_{4\rho-r}\,g_1 + A_{4\rho-r-1}\,g_2 + \ldots + A_{2\rho-r}\,g_{2\rho+1})\,x^{2\rho} \\
&= \sum_{o}^{2\rho}{}_m \sum_{o}^{m}{}_n \; g_{2\rho+1-m+n}\,A_{4\rho-r-n}\,x^m
\end{aligned}$$

Tum erit:

$$-N'_{4\rho+1-r} = -\frac{d}{dx}\,N_{4\rho+1-r} = \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n \;(m+1)\,g_{2\rho-m+n}\,A_{4\rho-r-n}\,x^m$$

et

$$\begin{aligned}
2\,L\,\phi_{4\rho+1-r} &= M_{4\rho+1-r} + 2\,N'_{4\rho+1-r} \\
&= \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n \;(m+1-n)\,g_{2\rho-m+n}\,A_{4\rho-r-n}\,x^m \\
&\quad + \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n \;(-2m-2)\,g_{2\rho-m+n}\,A_{4\rho-r-n}\,x^m
\end{aligned}$$

15) $$2\,L\,\phi_{4\rho+1-r} = \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n \;-(m+n+1)\,g_{2\rho-m+n}\,A_{4\rho-r-n}\,x^m$$

$$(r = 2, 3, 4, \ldots 2\rho)$$

Profecti sumus ab aequatione 5a)

$$f_r\,(x) = \int \frac{x^r\,dx}{2\,R_x\,\sqrt{R_x}} = \int \frac{\phi_r\,(x)\,dx}{\sqrt{R_x}} + \frac{P_r\,(x) + Q_r\,y}{\sqrt{R_x}}$$

$$(r = 0, 1, \ldots 4\rho-1)$$

et reperimus, quae sit functiones ϕ_r, P_r, Q_r; restat, ut $\dfrac{\phi_r\,(x)}{\sqrt{R_x}}$ ad nostras functiones $H\,(x\,y)_\alpha$ et $H'\,(x\,y)_\alpha$ revocetur. Est autem:

$$\frac{x^{\alpha-1}}{\hbar} = H\,(x\,y)_\alpha \qquad (\alpha = 1, 2, \ldots \rho)$$

$$\frac{x^\rho}{y} = -\,H'\,(x\,y)_\rho$$

et
$$\frac{x^{\rho+a}}{y} = \sum_{\rho-a+1}^{\rho}{}_t\, g_{\rho+a+1,\,t}\; H(xy)_t + \sum_{\rho-a}^{\rho}{}_t\, g'_{\rho+a+1,\,t}\; H'(xy)_t$$
$$(a = 1, 2, \ldots, (\rho-1))$$

ergo:

I) si $r \leqq 2\rho$

$$\frac{2L\phi(x)_r}{y} = \sum_{o}^{2\rho-1}{}_m \sum_{o}^{2\rho-1-m}{}_n (m-n)\, g_{2\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\, \frac{x^m}{y}$$

$$= \sum_{o}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{2\rho-1-m}{}_n (m-n)\, g_{2\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\, \frac{x^m}{y} + \sum_{o}^{\rho-1}{}_n (\rho-n)\, g_{\rho-1-n}\, A_{r+n}\, \frac{x^\rho}{y}$$
$$+ \sum_{1}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_n (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\, \frac{x^{\rho+m}}{y}$$

$$= \sum_{1}^{\rho}{}_m \sum_{o}^{2\rho-m} (m-1-n)\, g_{2\rho-m-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_m - \sum_{o}^{\rho-1}{}_n (\rho-n) g_{\rho-1-n}\, A_{r+n}\, H'(xy)_\rho$$
$$+ \sum_{1}^{\rho-1}{}_m \left[\sum_{o}^{\rho-1-m}{}_n (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, A_{r+n}\right] \left\{ \sum_{\rho-m+1}^{\rho} g_{\rho+m+1,\,t}\, H(xy)_t \right.$$
$$\left. + \sum_{\rho-m}^{\rho} g'_{\rho+m+1,\,t}\, H'(xy)_t \right\}$$

Intueamur partem hanc ultimam.
Primo igitur habemus loco

16) $$\sum_{1}^{\rho-1}{}_m \left(\sum_{o}^{\rho-1-m}{}_n (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, A_{r+n} \right) \sum_{\rho-m+1}^{\rho}{}_t\, g_{\rho+m+1,\,t}\, H(xy)_t$$
$$= \sum_{2}^{\rho}{}_t\, H(xy)_t \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m\, g_{\rho+m+1,\,t} \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_n (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, A_{r+n}$$

tum est
$$\sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m\, g_{\rho+m+1,\,t} \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_n (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, A_{r+n}$$
$$= \sum_{o}^{t-2}{}_n\, A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t+1} (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, g_{\rho+m+1,\,t}$$

habemus ergo

$$16) \quad = \sum_{2}^{\rho}{}_{t} \; H(x\,y)_t \sum_{o}^{t-2}{}_{n} A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t+1} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; g_{\rho+m+1,\,t}$$

Simili modo oritur:

$$17) \quad \sum_{1}^{\rho-1}{}_{m} \left\{ \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_{n} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; A_{r+n} \right\} \sum_{\rho-m}^{\rho}{}_{t} \; g'_{\rho+m+1,\,t}\; H'(x\,y)_t$$

$$- \sum_{o}^{\rho-1}{}_{n} (\rho - n)\, g_{\rho-1-n}\; A_{r+n}\, H'(x\,y)_\rho$$

$$= \sum_{o}^{\rho-1}{}_{m} \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_{n} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; A_{r+n} \sum_{\rho-m}^{\rho}{}_{t} \; g'_{\rho+m+1,\,t}\; H'(x\,y)_t \quad (g'_{\rho+1,\,\rho} = -1)$$

$$= \sum_{1}^{\rho}{}_{t} \; H'(x\,y)_t \sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_{m} \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_{n} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; A_{r+n}\; g'_{\rho+m+1,\,t}$$

Habemus praeterea:

$$\sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_{m} \sum_{o}^{\rho-1-m}{}_{n} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; A_{r+n}\; g'_{\rho+m+1,\,t}$$

$$= \sum_{o}^{t-1}{}_{n} A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t}{}_{m} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; g'_{\rho+m+1,\,t}$$

est igitur

$$17) \quad = \sum_{1}^{\rho}{}_{t} \; H'(x\,y)_t \sum_{o}^{t-1}{}_{n} A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t}{}_{m} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; g'_{\rho+m+1,\,t}$$

et propter hoc

$$\frac{2\,L\,\phi_r}{y} = \sum_{1}^{\rho}{}_{m} \sum_{o}^{2\rho-m}{}_{n} (m - n - 1)\, g_{2\rho-m-n}\; A_{r+n}\; H(x\,y)_m$$

$$+ \sum_{2}^{\rho}{}_{t} \; H(x\,y)_t \sum_{o}^{t-2}{}_{n} A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t+1}{}_{m} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; g_{\rho+m+1,\,t}$$

$$+ \sum_{1}^{\rho}{}_{t} \; H'(x\,y)_t \sum_{o}^{t-1}{}_{n} A_{r+n} \sum_{\rho-1-n}^{\rho-t}{}_{m} (\rho + m - n)\, g_{\rho-1-m-n}\; g'_{\rho+m+1,\,t}$$

Formula haec magis etiam reduci potest. Scribatur in prima linea t pro m. Quum sit $t \leqq \rho$, est $2\rho - t \geqq \rho$ ergo $2\rho - t \geqq t$ et $2\rho - t > t - 2$. Quam ob rem summa haec tali modo scribi potest:

$$\sum_{1}^{\rho}{}_t \sum_{0}^{2\rho-t}{}_n (t-n-1)\, g_{2\rho-t-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_t = -\sum_{0}^{2\rho-1}{}_n n\, g_{2\rho-1-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_1$$

$$+ \sum_{2}^{\rho}{}_t \sum_{0}^{t-2}{}_n (t-n-1)\, g_{2\rho-t-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_t$$

$$+ \sum_{2}^{\rho} \sum_{t-1}^{2\rho-t}{}_n (t-n-1)\, g_{2\rho-t-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_t$$

Tum erit:

$$18)\quad \frac{2L\phi_r}{y} = -\sum_{0}^{2\rho-1}{}_n n\, g_{2\rho-1-n}\, A_{r+n}\, H(xy)_1$$

$$+ \sum_{2}^{\rho}{}_t \left\{ \sum_{0}^{t-2}{}_n A_{r+n} \left((t-n-1)\, g_{2\rho\;\; t-n} + \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1\;\; n}{}_m (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \right) + \sum_{t-1}^{2\rho-1}{}_n (t-n-1)\, g_{2\rho-t-n}\, A_{r+n} \right\} H(xy)_t$$

$$+ \sum_{1}^{\rho}{}_t H'(xy)_t \sum_{0}^{t-1}{}_n A_{r+n} \sum_{\rho-t}^{\rho-1-n}{}_m (\rho+m-n)\, g_{\rho-1-m-n}\, \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}$$

II) Eadem formula pro $r' = 4\rho + 1 - r > 2\rho$ deducitur hoc modo:

Habemus (cf. 15) $\dfrac{2L\,\phi_{4\rho+1-r}}{y} = \sum_{0}^{2\rho-1}{}_m \sum_{0}^{m+1}{}_n -(m+n+1)\, g_{2\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} \dfrac{x^m}{y}$

$$= \sum_{0}^{\rho-1}{}_m \sum_{0}^{m+1}{}_n -(m+n+1)\, g_{2\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} \frac{x^m}{y} + \sum_{0}^{\rho+1}{}_n -(\rho+n+1)\, g_{\rho+n} A_{4\rho-r-n} \frac{x^\rho}{y}$$

$$+ \sum_{1}^{\rho-1} \sum_{0}^{\rho+m+1}{}_n -(\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n} \frac{x^{\rho+m}}{y}$$

$$= \sum_{o}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n - (m+n+1)\, g_{2\rho-m+n} A_{4\rho-r-n}\ H(xy)_{m+1}$$

$$+ \sum_{o}^{\rho+1}{}_n (\rho+n+1)\, g_{\rho+n} A_{4\rho-r-n}\ H'(x'y)_\rho$$

$$+ \sum_{1}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} \left\{ \sum_{\rho-m+1}^{\rho}{}_t\ \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t}\, H(xy)_t + \sum_{\rho-m}^{\rho}{}_t\ \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}\, H'(xy)_t \right\}$$

Est autem primum

$$\sum_{o}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{m+1}{}_n - (m+n+1)\, g_{2\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} H(xy)_{m+1}$$

$$= \sum_{1}^{\rho} \sum_{o}^{t}{}_n - (t+n)\, g_{2\rho+1+n-t} A_{4\rho-r-n}\ H(x\,y)_t$$

deinde:

$$19)\quad \sum_{1}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-m+1}^{\rho}{}_t\ \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t}\, H(x\,y)_t$$

$$= \sum_{2}^{\rho}{}_t\ H(xy)_t \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m\ \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n}$$

quum autem sit:

$$\sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m\ \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n}$$

$$= \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m\ \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \left\{ \sum_{o}^{2\rho-t+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} + \sum_{2\rho-t+2}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n} A_{4\rho-r-n} \right\}$$

$$= \sum_{o}^{2\rho-t+1}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_m - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t}$$

$$+ \sum_{2\rho-t+2}^{2\rho}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{n-\rho-1}^{\rho-1}{}_m - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m-n}\, \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t}$$

est ergo:

$$19)\quad = \sum_{2}^{\rho}{}_t\, H(xy)_t \left\{ \sum_{o}^{2\rho-t+1}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-t+1}^{\rho-1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \right.$$

$$\left. + \sum_{2\rho-t+2}^{2\rho}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{n-\rho-1}^{\rho-1}{}_m - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, \mathfrak{g}_{\rho+m+1,t} \right\}$$

Tum fit:

$$20)\quad \sum_{1}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-m}^{\rho}{}_t\, \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}\, H'(xy)_t$$

$$+ \sum_{o}^{\rho+1}{}_n (\rho+n+1)\, g_{\rho+n}\, A_{4\rho-r-n}\, H'(xy)_\rho$$

$$= \sum_{o}^{\rho-1}{}_m \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-m}^{\rho}{}_t\, \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}\, H'(xy)_t$$

$$(\mathfrak{g}'_{\rho+1,\rho} = -1)$$

$$= \sum_{1}^{\rho}{}_t\, H'(xy)_t \sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_m \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t} \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n}$$

Habemus autem

$$\sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_m \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t} \sum_{o}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n} =$$

$$= \sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_m \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t} \left\{ \sum_{o}^{2\rho-t}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m-n}\, A_{4\rho-r-n} \right.$$

$$\left. + \sum_{2\rho+1-t}^{\rho+m+1}{}_n - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, A_{4\rho-r-n} \right\}$$

$$= \sum_{o}^{2\rho-t}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{\rho-t}^{\rho-1}{}_m - \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}(\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}$$

$$+ \sum_{2\rho+1-t}^{2\rho}{}_n A_{4\rho-r-n} \sum_{n-\rho-1}^{\rho-1}{}_m - (\rho+m+n+1)\, g_{\rho-m+n}\, \mathfrak{g}'_{\rho+m+1,t}$$

Est igitur:

